

Vormündern. §. 1. in fine. Georg. Schulz. in synopsi Instit. tit. de Curator. Simon à Grænevvegen. in tract. de Legibus abrogat. ad §. 2. Inst. de Curatorib. illa distinctio inter minores, qui curatorem habent, vel non habent, non magnæ utilitatis esse videtur; ita ut hodie minores, licet curatorem non habeant, de bonis tamen suis nihil alienare, ac per consequens nec debita sua valide solvere possunt.

Thesis VI.

Idem procedit in Prodigis, qui neque tempus neque finem expensarum habent, sed bona sua dilacerando & dissipando furiosum faciunt exitum, l. 1. ff. de Curat. furios. l. 12. §. ult. ff. de tutor. & curat. dat. ac propterea merito lege bonorum suorum administratione privantur; ita, ut sine curatore nec se obligare, nec res suas alienare valeant; l. 6. ff. de V. O. l. 3. C. de in integr. rest. l. 10. princ. ff. de Curator. furios. & si de facto solverint, solutum vindicari & repeti possit. l. 29. ff. de condition. indeb. Cum quibus etiam convenit jus Prov. Württembergicum, part. 2. tit. 3. ibi: welcher dann durch Erkantnus des Richters als ein Verthoner oder Geuder erkläret vnd außgeruffen/ derselbe soll gänzlich keinen Gewalt noch macht haben/ ichzte zu verändern/ oder sich zu verbinden/ in keinerley weiß noch weg/ ohne Vorwissen vnd Willen seiner Böge vnd Pfleger; Da auch einer hierwider etwas vornehmen thäte/ dasselbig soll krafftlos vnd von Ohnwürden seyn.

Thes. VII.

Ut itaque prædictarum personarum debita recte solvantur, tutores & curatores ut intercedant, necesse est; ita ut vel pupilli cum tutoris autoritate, aut minores ac prodigi cum curatoris consensu illud, quod debent, præstent, vel soli tutores aut curatores (quod hodie fere semper observari solet) pupillis & minoribus non intervenientibus, hoc expediant. l. 9. §. 5. 6. & 7. ff. de Admin. & peric. tut. ex quibus probatur, solos tutores & curatores, utpote qui dominorum loco sunt, l. 7. §. 3. ff. pro emptor. debita pupillaria non tantum aliis, sed etiam sibi ipsis solvere posse, imo si pecunia adsit, etiam debere, ut nimirum pupillus usurarum præstatione relevetur; d. l. 9. §. 5. quod si tutor vel curator neglexerit,